

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6198

Auteur(s) : Guillaume de Cierrey, Lisieux (archidiacre)

Bénéficiaire(s) : Osberne, Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1192-1199, 19 octobre]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume de Cierrey, archidiacre de Lisieux, confirme le don fait en faveur de l'abbaye Saint-Pierre de Préaux par l'évêque de Lisieux, Guillaume [de Rupière] : tous les revenus, toutes offrandes et dîmes des églises Notre-Dame de Préaux, Saint-Martin de Toutainville, Saint-Germain et Saint-Ouen de Pont-Audemer, revenus qui revenaient auparavant aux prêtres desservant ces églises, présentés par l'abbé. Ces biens, concédés, selon la charte de l'évêque, à cause de la pauvreté des moines, seront destinés à l'usage propre des moines et à leur entretien, sauf les droits de l'évêque [de Lisieux] et de l'archidiacre, l'institution des vicaires étant conservée par l'évêque et ses successeurs.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° B95, p. 327-328.

Dissertation critique

Guillaume de Rupière, évêque de Lisieux, 1192 - 19 octobre 1199.

Texte établi d'après a

Omnibus sancte matris Ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit, Willelmus de Chirai, Lexoviensis archidiaconus, salutem in salutis Auctore. Eis, que super ecclesiis archidiaconatus nostri a venerabili et dilecto domino et patre nostro Willelmo, Lexoviensi episcopo, divine pietatis intuitu disponuntur, propensioem et attentioem prestamus assensum, cum ipsa dispositio locis in quibus sacre religionis viget observantia maneat fructuosa. Eapropter venerabilium fratrum et amicorum, O(sberni) abbatis et conventus de Pratellis, paupertatem reique familiaris inopiam misericorditer attendentes, unacum domino Lexoviensi predicto qui concedit et autentico suo confirmat monasterio et fratribus ibidem Deo servientibus super ecclesiis Sancti Antonini de Hispania et Sancte Marie de Sellis, Sancte Marie de Pratellis et Sancti Martini de Tustinivilla, Sancti Germani et Sancti Audoeni de Ponte Audomari libere et pacifice concedimus et confirmamus : scilicet dictarum ecclesiarum, que ad presentationem nominatorum abbatis et conventus pertinere noscuntur, omnes fructus et obventiones cum decimis et proventibus aliis ad ecclesias ipsas pertinentibus ad presbiteratus ipsarum ecclesiarum antea pertinentes in proprios usus, prout in autentico nominati domini Lexoviensis distinguntur, decetero convertendos, reservata tamen, sicut ibidem continetur, domino Lexoviensi et successoribus suis in singulis dictarum ecclesiarum vicariorum institutione, quibus de bonis earum singulis ab abbate et monachis sepedictis assignetur sustentatio,

salvo in omnibus jure episcopali et archidiaconali. Hanc autem concessionem et confirmationem nostram presenti scripto et sigilli nostri appositione dignum duximus roborari.